

RAMIB - PMD-001

RAMIB - PMD-001





15829

150 €  
100

DISSE<sup>\*</sup>RAT<sup>\*</sup>O  
MEDICO-PRACTICA  
DE VARIOLIS, ET MORBILLIS  
EX CELEBERRIMIS MEDICINÆ  
practicis extracta.

IN LUCEM EDITA  
pro bono publico, & ad Tyrones proficua.

A U T H O R E  
*JACOBO CIREROLS*  
*in Hospitali Generali Majoricae*  
*Pharmacopeo.*

---

SUPERIORUM PERMISSU.

---

*Majoricae. In Officina Ignatii Frau  
Regis Typographi.*

NOBILISSIMÆ CIVITATI,  
ET SANITATIS CÆTUI  
VIGILANTIORI.

ADMODUM PERILLUST.



D tuos evolat pedes Perillustris, Superior Balearium tutandæ valetudinis Cætus vigilans tissime opus istud sane exiguum. Ad tuos inquam evolat pedes exiguitatis ipsius me **conscio**; sed tamen pietatis tuæ non infcio. Supleat operis insufficientiam ipsa tua magnanimitas, supleat recta

mca

mea intentio, qua opus istud  
in lucem edo; nullo enim alio  
impulsus motu in omnium ocu-  
los ipsum profero, nisi, ut per-  
fector modus curandi in cli-  
mate nostro morbos hos fluen-  
tes ostendatur quo facilius in  
bonum publicum prospici pos-  
sit. Tua igitur pietate confi-  
sus, nec operis insufficientia  
perterritus, in boni publici a-  
moris pignus, tuique injuge  
obsequii monumentum, hos  
medicinæ discursus tibi offero,  
dico, & consecro.

*Humilior servus Jacobus Cirerols,*



UTHORES omnes, qui de variolis, & morbillis scripse-  
re, juxta animadversiones in curationibus infirmorum illius climatis ab ipsis habitas  
scripserunt, & parum discordes conveni-  
unt in assignandis affectibus, causis, &  
signis, & cum ego incola sim hujus Majoricensis Regni, nullo alio animo, ac ratione motus opus istud in lucem edo,  
nisi, ut ostendam, qualis sit curatio va-  
riolarum, & morbillorum in climate nos-  
tro ubi nutrimenta omnia crassæ sunt  
substantiæ, & sanguinis productiva, &  
quo modo agendum, & procedendum sit  
in curatione infirmorum simili morbo la-  
borantium.

B

In-

Inter morbos pestilentes merito adnumerantur variolæ; in his temporibus adeo frequentes, ut nullum hominum intactum fere relinquant. Infantes potissimum invadere solent, ac non raro adultos; licet plures ego viderim, & agnoverim, qui eas nunquam passi sunt, ac extremo senio confecti, absque illis migraverunt ex vita.

Variolæ, igitur, vel sunt confluxe, vel discretæ, primæ sunt cum pustulæ exiguae, plurimæ tamen, & quasi planæ parum intertitii ab una ad aliam relinquentes apparent in facie, licet in truncō, & artubus aliter se habeant; discretæ sunt vero illæ quarum pustulæ mediocriter servant magnitudinem, & aliquid spatii ad invicem relinquent. *Ut abit Piquer cap. de Variolis.*

Ad variolas cognoscendas primo confert constitutionem epidemicam agnoscerre; nam si ea epidemicē grāfante pueri corripiantur febre intensa cum siti nau-

sea &c. signum imminentium jam variolarum est, & est ratio, quia variolæ ut plurimum nondum sunt contagiosæ (quatenus miasma unius variolosæ in aliū translata, ipsius sanguini immersa perturbationem in eo excitare possunt, donech eorundem expulsionem moliantur) ab aere undique vagante infecto sæpiissime ortum suum habere atestatur. *Bagliv. cap. de variolis.*

Secundò in omnibus puerorum morbis, aut de variolis, aut lumbricis, aut lactis corruptione in ventriculo suspicari potest, tribus hisce morbis frequentissime corripiuntur; ac nisi Medicus magna premeditatione ad illos attendat unum pro alio assumet. *Piquer. in variolis,* febris adest intensa levi incipiens, durat toto tempore ebullitionis, tribus scilicet diebus, & semper in eodem statu permanet, è contra in vermbus. Rubor in facie, ardor, sitis, dolor capitidis, cum gravitate, pulsus celer, vehemens,

uri-

urina sanorum similis, tussis sicca, oculorum rubor, oculi lacrimantes, rauco-  
do, difficilis respiratio, somnus profun-  
dus, motus epileptici, certum sunt indi-  
cium erumpentium variolarum; hæc au-  
tem simpthomata durant usque ad quar-  
tum diem, quò in superficie corporis  
pustulæ apparere incipiunt numerosæ ru-  
bentes; post modum vero in suppurati-  
onem vergentes, sufflavæ, sunt. Est igit-  
ur variolosa febris acuta, exanthemati-  
ca, contagiosa in qua motu quodam cri-  
tico materia valde tenuis, cauistica, cor-  
rupta, inflamans, & exulcerans. *Hof-  
mann.*

Licet aliqui authores ut *Sidenamus*  
dicant nunquam posse esse sanguinem ma-  
ternum gravitationis tempore causam va-  
riolarum, cum constet ex anatomicis  
sanguinem maternum non esse causam  
materiale generationis: *Etmullerus* af-  
ferit causam proximam variolarum esse  
recrementa quedam laetæ ex laete in-  
fan-

sanguine subjecta eidemque permitxta.  
*Hoff.* asserit provenire à sanguine ma-  
terno sub gravitationis tempore; quid  
quid tamen sit, certum esse morbum in-  
flamatorium, ab inflammatoria sanguinis  
constitutione, ut ex convulsionibus, &  
aliis signis patefit. Si aliqui dicant, cur  
in uno magis quam in alio tempore in-  
gruant, & ubi morantur in tanto tem-  
poris spatio; breviter dico, quod latibu-  
lum hujus virulenti humoris, sunt obs-  
tructi tubuli spinalis medullæ, ut refert  
*Hofmann*, & ibi morare potest per mul-  
tum tempus, usque dum aer insigni labe  
infectus, nostro corpori subinde acce-  
dens, materiam variolarum movet. vide  
*Piquer*: signa concomitantia, sunt jam  
narrata, & pro gradu variolarum au-  
gentur vel minuuntur.

Variolæ ut plurimum sunt multum pe-  
riculosæ si cum motibus spasmodicis jun-  
gantur. Infantes ut plurimum necant;  
dummodo febris tertio, vel quarto die

desinat, bonum, quia materiam variolarum despumatam significat, è contra si febris neque simpthomata desinant, malum, quia significat materiam variolosam non despumari: variolæ confluentes semper periculosissimæ quippe gravissima simpthomata trahunt, imo si pusculæ planæ appareant, & modo in dies non intumescant, sed declives fiant; signum letale est; si variolæ postquam semel apparuerint iterum retrogradiuntur difficulti accedente respiratione, intra viginti quatuor horas interficiunt, quibus futuræ sunt variolæ; febres eorum exaserbatas vidimus cum doloribus dorsi vehementissimis motibusque convulsivis apparentes: in pueris, qui nondum variolas passi sunt, febris sequenti die variolarum eruptionem denotat. *Bagliu.*

## CURATIO.

**H**IS naturæ viis merito insistendum medico nec, aliud agendum, quam

quam ut eidem in opere correctorio, expulsorio, & suppuratorio congruis auxiliis subveniat. Igitur ita instituenda medicatio, ut 1. materia acris, & vitiosa, caustica contemperetur, & ex veterum loquendi more coquatur, simulque effrænes in vasorum & nervosarum partium sistimate primis diebus motus admoderamen traducantur; 2. ut eruptio secundetur, & languentes circa eruptionis tempus motus erigantur, quo omnis ad corporis habitum pellatur materia, accedens autem in suppuratione secundaria febris moderata servetur, & graviora arceanter pathemata; 3. ac demum declinationis & exicationis tempore sanguinis & humorum massa sub morbo discrasia, impuritate affecta, repurgetur, sicque oriundi ex reliquis morbi tempestive præcindantur.

Sed & ante omnia atendendum ad varias opiniones circa sanguinis missionem, & ut taceam rationes mechanicas theorias;

cas, quæ in aliis Authoribus inveniuntur, solum producam observationes practicas pro nostra theze, & climate proficuas.

Dico quod ante eruptionem, in erupzione, & in suppuratione, semper proficua est sanguinis missio. Ante eruptionem si sanguis nimium ferveat cum impetu caput petat, cum robusto corpore, duro pulsu, & suppressa sanguinis evacuatione sanguinem mitte, quia imminet internæ inflamationes. *Carrio.* & sit ea copia que necessitas urget. *Bagliv.* potissimum in adultis, & juvenibus ubi sanguinis copia peccat; sanguinem mittere commendat *Hofmann.* qua propter remedium venæfectionis magna fuit semper laus, & gloria in tali casu confugeræ uti autumnavit *Hipp.* quia ubi bonus sanguis gignitur: ibi ejus facilis fit abundantia, & est detrahenda ut ahit idem author; quis negare potest alimenta, & potulenta in nostro climate esse

esse multam substantiam saturatam, ideoque bonus sanguis, propterea ejus copia est detrahenda, & sic tractanda est variolosa febris in nostro climate ut facilius acris, & caustica materia eliminare possit sine noxa nervorum sisthematis, & sine periculo suffocationis.

In eruptione dubitant Authores apparentibus variolis necessaria sit sanguinis missio: dico; si simpthomata omnia minuantur proportione eruptionis variolarum non; sed solo naturæ beneficio, & aliis congruis medicamentis à nobis scriptis criticari potest, è contrâ vero si apparentibus variolis nec febris nec simpthomata minuantur; sed exacerbantur cum difficultate respirandi, magna extuacione, siti, linguæ, ariditate, tanquam ad sacram ancoram ad sanguinis missionem confugiendum est, absque metu alicujus retrocessus ut ahit *Freind. historia medica*

*Avicen. 4. fol. 1. t. 4. cap. 10.*

In suppuratione vero licet tanta sit inter

14

inter Authores repugnantia circa sanguinis missionem; dico convenire potest sanguinis missio; casu quo simpthomata non remittant, & sit metus suffocationis propter retrogressum materiae exanthematicæ qua propter acredine sua totum sistematicis nervosi contractionem adauget, cum pectoris angustia, convulsionibus, deliriis, &c. non dubitant recentiores quanta virtutis sit missio sanguinis in omnibus febribus exanthematicis, ad levanda mortalia simpthomata, quæ retrogressus materiae exanthematicæ parit, quia mediante sanguinis missione sanguis blando motu per omnia viscera percurere potest, & natura ab onere suo levata æquales ponit conatus, & facilius expellit materiam quam expellere non potuit, quia nimis oppressa curiosum est quod refert Celsus lib. 2. de sanguinis missione hæc sunt ipsius verba. Ea febris vehemens ubi rubet corpus, plenæ venæ tument, cum faucium difficultate sanguinem mitte,  
quia

15

quia spiritus strangulat, & amplius refert, si materia vel dehest, vel integra est, vel sui copia male habet, vel corrupta est; nullo modo melius succurrit quam sanguinis missione. Igitur si in variolis suppuratione imperfecte fit, quia dehest in superficie corporis materia & suffocationem minari potest, vel ex sui copia male se habet, quia vassa nimis turgida, stante corpore pleno, sanguinem mitte, quia internæ imminnet inflammationes, cum constet ex observationibus practicis, eos qui moriuntur ope febre variolosa viscera interna grangenata habere.

His per actis transeamus ad medicamina in primo, secundo, & tertio gradu proficia.

Conveniunt decoct. ex radice viperin. card. benedict. pulv. bezoardic. absorb. philosophic. præ scrupul. unum sirup. flor tunicae unciam semif. pro diversitate etatis dandum. vel emulsion. 4. sem. frig. maj. ana scrupul. duos decoct. rad.

Ante eruptio-  
nem.

rad. viperin. raf. cornu cerv. & flor borrag. sirup. flor. read. unciam semis. pro diversitate etatis dandum.

In erup-  
tione.

Essentiæ cocheniliæ temperat. scrupulum unum. sirup. flor. read. unciam semis. decoct. rad. viperin. raf. cor. cerv. unciam unam, & semis. sed. si cum egressæ fuerint denuo evanescant. decoct. fol. card. benedict. uncias duas elixir. alexipharmac. Hofman. scrupul. unum. sirup. flor. read. unciam semis. vel elixir. alexipharmac. cordial. nostrum unciam unam, & semis. liquor. bezoardic. Busi. gut. xii.

In suppura-  
tione.

Ocul. canceror. præ drachmam semis. antimon. diaphoretic. gran. x. pulv. mirrhæ gran. v. croci gran. ii. cum juscule avenaceo: vel cornu. cerv. præ drachmam semis. margarit. præ coralli rub. præ ana gran. xv. ossis record. cerv. gran. vi. sem. napi gran. xii. pulv. mirrhæ gran. vii. vel aqua fontis ad medias conct. uncias duas sirup. flor. tunicae unciam semis.

mis. spirit. vitriol. gut. vii. quia amara dulcificantur per acida.

Ocul. canceror. præ drachmam semis. coralli. rub. præ gran. xv. pulv. mirrhæ gran. v. cum juscule.

Rad. angelic. ter. japonic. gran. xv.

matris perlar. gran. x. vel crust. panis albi inferiorem diacord. fracastor. unciam semis. coquantur ad duas vel tres ebullition. in aqua font. libram unam facili albi unciam semis. aquæ cinamom. unciam unam. pro potu ordinario in diarrhea.

Tinct. stiptic. Salsing. gut viii vini auferi rubri unciam unam.

Olei amigdalar. dulc. recent. sine igne. extract. juscule. avenac. vel decoct. raf. corn. cerv.

Sirup. violar. lohoc lentium. croc. olei amigd. dulc. recent. sine ing. sacchar. eand. cum decoct. avenaceis.

Aquæ rosarum, pulver sumach. croc. remixtum.

In exic-  
catione.

In he-  
morra-  
gia.

Ventrüs  
torminū.

Raucedo  
& tussis.

Oculi  
defendē-  
di.

Buti-

Faciei  
pulcritu-  
do.

Butirum recent. lot. cum aqua rosa-  
rum unciam unam olei ovor. & amigdal.  
dulc. ana unciam semis.

Faucium.

Si anginosa subfuit inflamatio, aquæ  
flor. sambuc. unciam unam sirup. mo-  
ror. unciam semif. nitri scrupulum unum  
croc. gran. duo.

Nares  
defenden-  
dæ.

Olei amigdalar. dulc. tantillo cam-  
phoræ remixti.

Delirii &  
aliorum.

Spirit. vini unciam unam, camphoræ  
scrupul. unum. olei rhodin. gut. x. tepi-  
de fronti, & temporibus.

Adversus precordior. anxietates, tre-  
mores, convulsiones, & variolarum re-  
trocessionem, essentiæ castorei drach-  
mam unam camphoræ gran. iij. extract.  
cror. gran. unum.

Per totum preterea morbi decursum,  
decoct. hordei. rad. viperinæ raf. corn.  
cervi. fol. scabiosæ, & card. benedict.

Reliquiæ  
morbi.

In fine morbi nocivæ permanent re-  
liquiæ, que peculiarem opem exposcent,  
si ultra mali moris, balsam. peruvian.  
essent,

essent. succin. mirrhæ ana : vel butirum.  
saturni.

Quid. quid. mali evenit ; semper cum  
internis purificantibus, lenioribus laxan-  
tibus, per intervalla, ut tinctur, rabar-  
bar. infus. herb. scabios. scord. raf. corn.  
cerv. antimon. diaphoretic. parum pulv.  
mirrhæ. ad deperditam sanguinis tempe-  
riem restituendam. juvat hic exæcta dicta,  
fugiantur cibaria dura, falsa flatulenta.

Si quando propter inordinatam aeris  
constitutionem vel propter aliorum jam  
egrotantium contagium, hec exanthe-  
mata sunt pertimescenda, nam multum  
omnino refert, ut corpus ad morbi im-  
petum felicius sustinendum antea bene  
preparetur, ante morbi insultum omnino  
sunt utilia laxantia non vero fortiora.

Preser-  
vandi ra-  
tio.

### INOCULATIO.

**E**ST nova practica nostris in tempori-  
bus exorta; fit enim hoc modo. In  
primis in promptu comparandum est exi-  
guum

guum pus, (puta guttæ v. vel vi.) ad adolescentे variolis discretis decumbente inter maturandum depromptum quod parva fiala inclusum loco operationi assignato deportandum est, ubi omnibus preparatis inoculando vulnuscula duo infligenda sunt, unum in brachio, alterum in crure lateris oppositi; & pus prædictum penisillis applicandum, & ligaturis firmandum; non opus est ut incisiones faciant profundiores quam per cutem néque grano hordei longiores, penicilli ad finem viginti quatuor horarum removendi sunt, & ulcera emplast. diachilon, vel fol. bracissæ operanda, & in futurum semel vel bis in die pro ratione quantitatis puris ibidem scatentis detegenda, & medicanda. Circa diem octavum post operationem erumpere solent pustulæ, iis, quæ in discretarum generè ordinario contingere solent, haut dissimiles, præeunte febricula, & reliquis usitatis symptomatis, sed mitioribus. Quo

ad

ad loca incisa, 4<sup>o</sup> die rubescunt, & inflamantur, die 6. ad suppurationem vergunt, & pus ichorosum emittunt, quando major est evacuatio puris per ulcera hæc artificialia durante morbo, tanto mitior erit morbus.

Ad corpus inoculationi præparandum, si inoculandus sit ætatis juvenis boni habitus, & absolutè sanus, nihil horum necessarium videtur, sufficit temperati regiminis ad tempus ante operationem observatio. Reliqua autem quæ accidunt in hac operatione videbit curiosus in Authoribus qui de inoculatione loquuntur.

### DE MORBILLIS.

**I**N scriptis Medicorum plerumque quidem morbilli simul cum variolis pertractantur.

Medicatio morbillorum iisdem quam variolarum perficienda, acrimoniam corrigendo temperantibus, diluentibus, & demul-

22

demulcentibus: prosunt pulveres absorbentes, & diaphoretici fixiores, item emultiones, & decocta, quæ præcedenti capite jam sunt uberiorius descripta.

Imprimatur.

Despuig Vic. Gen. & Offi.

Imprimatur.

Quiros,



Supra dictis medicamentis  
admodum impotens illud est meo  
quod non possit  
et non potest inveniri hominibus  
deo misericordia, et nobisq; misericordia  
et nobisq; misericordia obnigit  
Iacob







